

## Aduertencias para

vtendum in commodum & salutem animarum, & non in dissolutionem vel in scandalum proximorum, aut Episcoporum. Itaq; meminisse debent confessarij illius Apostolici documenti. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licēt, sed non omnia edificant. Multoties enim expedit vt Religiosi non vtantur hac auctoritate, sed in casibus reseruatis Episcopis exhibeant se difficiles & remittāt fideles ad suos Ordinarios vt sic cautius viuant, & timeant talia crimina committere, quoniam facilitas veniē inuentium prębet delinquendi.

¶ Secundo possunt Mendicantes [ & eorum priuilegiis gaudētes ] commutare vota extraneorum ad se pro confessione recurrentium. Circa quod aduertendum ex Patre Emanuele Tom. i. qq. q. 60. art. 6. quod licet prędicti confessores commutare valeant vota extraneorum, hoc est aliarum Diœcesum in quibus non sunt presentati ad se pro confessione recurrentium : non tamen in his possunt dispensare quia licet ipsis Fratribus cōcedatur vt possint dispensare in casibus reseruatis : appellatione tamen casus minime vota reseruata Episcopis comprehenduntur

iuxta